THOMAS CANTIMPRATENSIS
Entstehungsort unbestimmt, spätes 13. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35447
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



molle. Corda animaliū carenciū
sensu sunt dura. corda uero ha
bencium sensum ut sunt homi
num. sunt mollia. Animal hn̄s
magnum cor respectu corpis ē
timidum. hn̄s aūt mediocre ē
audax. ⁊ hec racō. quia calor
cordis non pt̄ implere ita mag
num ⁊ diffusum cor sicut me
diocre. ⁊ ideo debiliter uiuifica
tur. sanguis qui in corde ē. et
ꝑ hoc manet cor magnum fri
gidius. ⁊ ideo causa timoris ē
frigus. Videmus exemplū huius
de aliquo igne qui cicius ꝑuam
domum quam magnam cōsūp
sit. Corda magna hn̄t lepores.
cerui. asini. mures respectu cor
porum. Unde sunt magis resp
tu aliarum bestiarū timorosa.
Cor inter omnia membra interiora
solummodo non pt̄ pati dolorem
neq; infirmitatē. cuius signum ē
quod in mortuis corporibus. nō ap
paret umquam dolor. in corde. uel
infirmitas. cum in aliis mēbris
appareant uulnera. corrosiones.
apostemata. lapides. sz tamē cor
potuisset. corrumpi sicut epar. uel
membra alia si uita mansisset
in corpore. Sz ideo cor nō corrumpit
quia non expectat tempus ut cor
rumpatur. Sz imminente cor
rupcione. ⁊ nō ꝑueniente usq;
ad cor. mors corrupcionē ꝑ am
bulat. ⁊ cor eripit alesura. Pli
nius dicit exuri nō posse corda
illorum qui morbo cardiaco o
bierunt. Negantur ⁊ illorum cor
da posse exuri qui ueneno ꝑi
erunt. Unde uitellus hoc accepto
iudicio pisonem redarguit uene
no interemisse germanicū cesarē.
Quo contra piso se defendit qd̄
illud non ueneni sz morbi car
diaci causa fuisset. Corda augi
in omnibus omni anno adpondus
duarum dragmarum egipcij pu
tauerunt. ⁊ usq; ad quinqua
gesimum crescere. ⁊ ab eo usq; ad
centesimum detrahi tantum de
paucosq; usq; ad centesimū uiuere.
cum integritate sensuum. ⁊ hoc
ex diminucione ⁊ defectu cordis.
Caro cordis fortis ⁊ solida. sicca
et dura. ut sit difficile passibile.
Cor positum ē ut dicit plinius
in pellicula spissa ⁊ solida ual
de. tantū hn̄s in spissitudine.
quantum pellis extrinseca in ho
mine. ut sit cordi clippeus et
tutamen. De. Epate.

Epar ē ex parte dextra. splen.
ex parte sinistra. ⁊ hoc in om
nibus animalibus epar hn̄tibus.
Quod si mutatur hic situs. hoc qui
dem ut dicit aristotiles mira
bile ē. Et uero epar dulce. ⁊
in eo natura lenitatis. ⁊ benig
ne disposicōnis. epar homo ro
tundum hn̄t sicut thaurus. Di
cit clemens quod epar in dextro
latere iacet. ad efficienciam di
gestionis. ciborum. adq; in sā
guinē mittendorum. ⁊ minis
tratur eius ope sanguis omnibus
membris. De. Felle.

Fel epati oppositū ē. fel ē
calidum. ⁊ siccum ⁊ igne
um. ⁊ posuit ds ipm annexū

cardiaco